

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii ... Quo ad eundum Exequias
Beatae Annae Preussen/ Coniugis Cl. Dn. Andreeae Eberhardi Amselii, Cantoris &
Scholae Collegae d. XIII. Aprilis Anno M. DC. LX. Omnes & omnium ordinum
Literatos, invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773019456>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
A. Preuss,
uxor. A. Eberhard. *Ansæl*
Rostock. 1660.

32.

91.

PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,
D. ΘΕΟΛΟΓ. Past. J. & Prof. P.



Quo
ad eundum
EXEQVIAS
BEATÆ

ANNÆ Preussen/
CONJUGIS
CL. DN. ANDREÆ EBERHAR-
DI AMSELII, Cantoris & Scholæ
COLLEGÆ,

d. XIII. Aprilis ANN O
M.DC.LX.]

Omnes & omnium ordinum Li-
teratos, invitati.



Roſtochii

Typis Hæredum NICOLAIKILII, Academ.
Typographi.

AUGUSTINUS

lib. II. super Genes. cap. 17.

Miror Adamum adhuc in statu innocen-
tiæ nomen imposuisse uxori suæ, sc. Viragi-
nem. postquam autem ipsâ inducente pec-
carit, & uterq; propter peccatū quod com-
miserant, ad Mortem damnati fuerint, ei no-
men imposuerit Eva, id est, Vita. Quor-
sum ô Adam, uxorem tuam vocas vitam,
postquam morti ipsa damnata est?

RECTOR
JOHANNES QVISTORPIUS, D.

Mors per se considerata terribilis est, & sicut naturaliter omne animal vitam appetit? ita ex adverso mortem exhorrescit. Vitâ nihil est dulcior, quare ex adverso nil morte potest esse acerbior amarius. Hiskias cum lachrymis mortem deprecatus est, & prorogationem vitæ ad 15. annos à Domino impetravit: quin ipsa etiam longævitas inter exoptatissima Dei munera collocatur, cùm in Decalogo ait Dominus, Honora patrem tuum & matrem tuam: ut sis LONGÆVUS super terram &c.

Jam verò mors suapte naturâ acerba, ex accidenti sâpe fit longè acerbior: ut cùm homo ad summos honores est elevatus, cùm pacato conjugio fruitur, opibus affluit, & prole donatur multâ eaq; morigerâ, quæ frequenti propagine se in

se in plures générationes extendit, &
longe lateque instar fructiferæ vitis dif-
funditur, & qui his possessor utitur, bo-
nâ est corporis valetudine, & mentis in-
tegritate. O mors, quâm est tali homi-
ni, quod omnia hæc uno momento lin-
quere cogatur, amara tui memoria!
Eccles. 41.

Ita est sanè. Sed enim inquis, Nihilnè
est in reb⁹, qvod homini acerbam ama-
ramq; mortis cogitationem diluat, le-
niat, reddatq; dulciorem? Est utique,
tum in humanis tum in divinis. In hu-
manis quidem, si quæ paulò antè dixi
homini eveniant adversa: ut si quis non
bonâ fruatur sensuum principum vale-
tudine; si corpusculū trahat morbis ob-
noxium, si quis pauper! & abjectus durâ
servitute prematur superiorū; si quis vi-
tæ sociā sit nactus, quæ non Conjux sit,
sed verius bestia contubernalis, quæ o-
dio in maritum flagret plusquam vati-
niano,

niano, eumque per totum Decalogum
calumniosè publicè traducat, & reum
agat, mariti bona suffuretur, & in alienos
usus convertat, &c. Contrâ si quis
conjugem nactus fidelem, thori totius-
que vitæ sociam amabilem, rei dome-
sticæ gerendæ peritam pariterq; & in-
dustriam, ab hac per mortem subito a-
vellitur: O mors, quam est hic bonum
judicium tuum hominibus sic afflictis
& in moerore jacentibus! Dixi de mor-
tis lenimento in rebus humanis: verum
enim verò ejusmodi mortis solatiū non
sufficit homini Christiano, qui nō mo-
do ærumnarū finem morte captat, sed
etiam æternæ beatitudinis possessionē
quærerit. Mors enim homini Christiano
est Janua, per quam è carcere miseriarū
egréditur, simulq; eadem operâ in atriu
æternæ felicitatis ingreditur. Id verò nō
est de naturâ mortis, sed excipit mor-
tem fidelis hominis. Mors per se stipen-
dium

dium est peccati: per Christi verò meritum fit, ut credentibus fiat Janua & transitus ad vitam. Exempto api aut vespæ aculeo, bombilare equidē adhuc potest, pungere verò amplius non potest, ideoq; nec terrere nos debet tragicus ille hominis morientis aspectus & mortiscum vita duellum, quod nihil aliud est, quam vanus mortis bombus, quo superato homo mortu⁹ juxta meliorem sui partem cum Christo regnat vivus: qui inquam Christus, peccatum, quod mortis erat stimulus seu aculeus, & peccati vim, Legis nempe maledictionem, de medio sustulit. Ubi ergo tua O Mors victoria? ubi tuus ô sepulcrū stimulus? Absorpta est mors ad victoriā. Hoc, hoc inquam verum deum pharmacon est, quo mortis tum acerbitatem tum amaritudinem leniamus & edulcemus.

Experitur hoc hodierno die Scholæ trivialis Collega, qui ob præproperam
conju-

conjugis mortem in luctu & mœrore
jacet. Cuperet ille quidem cum Con-
juge ad doloris mitigationem eodē se-
pulchro condi, sed hæc vera consolatio
non est. Quin potius cogitet hanc fuisse
Dei voluntatem, cui obloqui nefas sit,
& le uxorem non amisisse, sed præmis-
se in cœlestem patriam, ad capescēdam
æternam beatitudinem.

Fuit *maneatis* nostra ANNA Preussen/
in lucem edita anno 1628. d. 20. Augusti.
Patrem habuit HENRICUM Preussen/
civem & cerevisiariū Rostochiensem pri-
marium. Matrem ANNAM Zanders/
ad-
huc superstitem, fœminam piam valdè.
Avum paternum NICOLAUM Preussen/
civem præcipuum & Sedecim-Virum.
Avus maternus illi fuit Hans Zander/
civis & mercator insignis. Postquam
per S. Baptisma arbori vitæ inserta fuit,
studio pietatis & Vlrtutis devoverunt
hanc filiam parentes. Annos a. nata,
xxvi. in matrimoniu data fuit Dn. AN-

DREÆ

DREÆ EBERHARD O'AMSELIO, Canto-
ri Petrino & Scholæ Clæssicæ Collegæ,
tam tēperato, quām vigilanti. Cui duos
liberos peperit: Ante quatuordecim
dies in morbū incidit, qui brevi tempo-
ris spacio vires ejus usq; adeò prostra-
vit, ut mortē iminentē meditari coacta
fuerit. Ipsa quoq; cum Deo per pœnitē-
tiā ingratiam rediit. Cum verò mensam
DNI. ei stravisset, pl. Reverendus Dn.
M. Kāngeler) Pastor Petrinus vigilantis-
simus, Collega noster honorandus, vi-
tam beatè cum morte commutavit, an-
no ætatis XXXII. & Creatori suo ani-
mam reddidit.

Cui cùm hodierno die Justa solvenda sint, &
officii nostri ratio postulet, ut tum literato mari-
to, tum cognationi & affinitati universæ, condole-
ntiam nostram testaram faciamus: cohortor ci-
ves Academicos universos, ut horâ post meridi-
em primâ in æde Petrina frequentes convenient,
præsentia suâ hasce exequias ornaturi, & pro utri-
usq; Reipub. salute ad Deum vota facturi. P. P.

ROSTOCHII sub Sigillo Acad. XIII. April.

ANNO M D C L X.

niano, eumque per totum D
calumniosè publicè traduca
agat, mariti bona suffuretur
nos usus convertat, &c. Co
conjugem nactus fidelem, th
que vitæ sociam amabilem,
sticæ gerendæ peritam pari
dustriam, ab hac per morte
vellitur: O mors, quam est l
judicium tuum hominibus
& in mœrore jacentibus! Di
tis lenimento in rebus huma
enim verò ejusmodi mortis
sufficit homini Christiano, q
do ærumnarū finem morte
etiam æternæ beatitudinis
quærerit. Mors enim homini
est Janua, per quam è carcer
egréditur, simulq; eadem op
æternæ felicitatis ingreditur
est de naturâ mortis, sed ex
tem fidelis hominis. Mors p

